



Appareil pédagogique: Caterina Imperiale Lercari

contient "De Aranea in lauro"

12/07/2021

par Séverine Tarantino et département
travail mené avec le soutien de l'équipe du Projet Nota, dont le but est de
promouvoir la culture latine et les œuvres composées en latin par des femmes
illustres, grâce aux compétences scientifiques et pédagogiques de ses membres. Les
œuvres sont numérisées et traduites en anglais, en français et en latin de manière à
les diffuser aussi largement que possible.

Pour plus d'informations, consultez www.lupercallegit.org/projectnota ou écrivez à
projectnotaforwomen@gmail.com

Texte original:

Arcadum Carmina: Pars Prior. Rome: Antonius de Rubeis, 1721, pp. 68-69.

https://www.google.com/books/edition/_/OuNfAAAACAAJ?hl=en&sa=X&ved=2ahUKEwjuiMvopvjsAhWBKs0KHZ2jD3IQ7_IDMAx6BAGQEAU

De aranea

Ce poème écrit en distiques élégiaques est le plus long poème que nous connaissions à ce jour de Catarina Imperialis Pallavicini Lercari. On y retrouve quelques-uns des thèmes abordés dans ses épigrammes, en particulier le refus de la vanité et de l'amour, plutôt considéré ici comme amour de soi.


Ce poème est plutôt long et complexe et appellera une étude approfondie. Ici, nous proposons d'abord plusieurs paliers pour en aborder la lecture en classe (*praelectio* avec présentation des mots et éléments essentiels, résumé en latin et version simplifiée) puis des exercices destinés à différents niveaux de latin.

Argumentum:

Aranea de lauro pendens magno sudore nectit fila et texit telam. Opus mirum subtilitate sed nihil profecturum surgit atque ea maxime gloriatur. Nam bombyces ridet et ut lauros triumphales aptas esse sibi, ita telam quasi coronam Phoebi lauris texisse existimat. Lycoris autem nympa adest quae doctum Amyntam lauro coronare vult. Delet aranae telam ac territa bestiolam ipsam pede conterit. Amyntae ostendit virtutem suam ac quid significant sibi purae Apollinis umbrae. Non enim patitur ullam bestiolam in foliis. Denique vates oratur ut e versibus suis tollat omnia quae amor inanis texit.

Lectio simplicior:

Les mots écrits en violet dans le texte latin ont été vus précédemment.

<p>Aranea pendens de lauro arguta sudat dum nectit fila quae extrahit e visceribus suis.</p> <p>Quasi coronam format et fert manibus pedibusque; super id quod texit it ac redit.</p>	<p><i>argutus</i>: canorus, qui canit, qui multum sonat</p> <p>sudare: </p>
---	--

Super frondes Phoebas stat inscia; in medio opere suo, quod non profecturum est, se ligat.

A **stamine** texto surgit novus orbis et quisque orbis suos **radios** habet.

Ii tam tensi et subtiles sunt ut credas acum praeterisse.

Et iam surgit opus: aranea stat medio centro, ut ipsa fiat iudex ingenii sui.

“Ite triumphales **lauri** circum mea tempora”
Haec verba fere dicit putans talia dona sibi apta esse.

“**Bombices** cedant; **vestis serica** sibilat”,
sic ridet dominum rudem.

“At textura quae nata est e nostro labore circumdat lauros tuos, Phoebe auree”.

Vix ea dixit, cum Lycoris mirata Amyntam propter doctrinam vult **serta** laurea ei facere.

Adpropinquat loco ubi aranea ostendit telas et omnia fila tua, belva nigra, disiacit.

Te ipsam disiecit cum latebras in terra peteres:
irato pede territa Nympha araneam attrivit.

Opus vanum iam non est. Nympha Amyntam coronat et adloquitur vatem suum:

“quale sit hoc **sertum**, qualis sit dextra Lycoris, intellegere potes ex vultu meo”.

Puras fecit lauros Apollonis nec passa est bestiolam in foliis.

Ergo vatem te oro ut tollas e versibus tuis omnia quae vanus Amor apud Lauros textit.



frondes:

inscius: imprudens

proficere (proficio, is, ere, profeci, profectum): valere, prodesse

ligo: vincio, vinculum facio

tensi < tendo, is, ere, tetendi, tensum ou tentum

acus (acus, us, f.)



iudex (judex): qui iudicat; in certamine, victorem vel victricem designat.

tempora < tempus, oris, n.: pars faciei inter oculos et aures; pro capite ponitur.

dona < donum, i, n.: id quod datur

aptus: qui decet, qui convenit

cedant = locum dent! abeant!

sibilat:



textura:

opus texendo factum

disjacio (is, ere, disjeci): iacio in diversas partes

belva, ae, (sive bellua) f.: animal ingens (leo, elephas et balaena “belvae” dici solent).

latebra, ae, f. (souvent au pl.): locus ubi latere licet, ut non uidearis nec capiaris

attrivit < adtero/attero = contero

dextra: brachium dextrum vel manus dextra; virtutem significare solet.

passa est < patior, eris, i, passus sum

tollo: removeo, fere “deleo”

Lectio originalis (la ponctuation a cependant été ici modifiée pour faciliter la compréhension; *ae*, quand il valait *oe*, a été remplacé par cette dernière diphtongue).

La colonne de droite comporte ici des gloses et des reformulations qui facilitent la construction. Les mots en couleurs font l'objet de points de lexique ou de grammaire dans les exercices proposés *infra*.

<p>Pensilis arguta desudat aranea lauro, visceribus nectens eruta fila suis.</p> <p>Ac veluti gestet manuumque pedumque coronam, desuper intextas itque, reditque vias.</p> <p>Sed, dum Phoebeas super astitit inscia frondes, 5 nil profecturum se ligat inter opus.</p> <p>Stamine ab intexto surgit novus orbis & orbis, et quaeque est radiis orbita plena suis</p> <p>atque adeo tensis, adeo subtilibus, ipsos in morem ut credas praetereuntis acus. 10</p> <p>Et jam surgit opus : medio stat aranea centro, ingenii iudex fiat ut ipsa sui.</p> <p>“Ite triumphales circum mea tempora lauri” Paene ait, apta sibi talia dona putans,</p> <p>“Bombices cedant ; dat sibila serica vestis”, 15 excussa ut dominum rideat illa rudem.</p> <p>“Ast quae de nostro textura est parta labore, circumdat lauros, auree Phoebe, tuas.”</p> <p>Vix ea, cum doctum mirata Lycoris Amyntam laurea de arboribus vellere certa parat, 20</p> <p>atque huc accedens ubi pandit aranea telas, disjecit casses, Bellua nigra, tuos.</p> <p>Quin te disjectam & latebras tellure petentem irato attrivit territa Nympha pede.</p>	<p><i>eruta</i>: extracta (aranea extraxit fila e visceribus suis) <i>gesto (as, are)</i>: gero, fero <i>desuper...: super intextas vias it et redit</i></p> <p><i>astitit = adstitit (<ad-sto)</i></p> <p><i>et quaeque (= omnis) orbita est plena radiis suis</i></p> <p><i><radiis> adeo (=tam) tensis et subtilibus ut credas (= credere possis) ipsos <esse> in morem acus praetereuntis (quae praeter-it sive quae transit)</i></p> <p><i>putans talia dona apta sibi <esse></i></p> <p><i>Sic haec verba facit ut rideat dominum rudem (= bombycem) et excutiat (sive iactetur)</i></p> <p><i>parta est: nata est, textura quam peperit labor aranae auree < aureus, a, um Vix ea <dixit> cum Lycoris, mirata doctum Amyntam, parat vellere (= vi extrahere) certa laurea de arboribus huc: ad eum locum accedens, adiens, adpropinquans pandit: ostendit cassis, is, m. (surtout au pl.): rete venatorium; tela araneorum Quin: quin etiam</i></p>
---	--

Vanum opus **exsufflat**, ridensque coronat Amyntam ;
ignarum & vatem non sinit esse suum. 26

“Sit quale hoc sertum, qualis sit dextra Lycoris,
Vultu, inquit, capias tu satis ipse meo !”

Dextra etenim puras **effecit** Apollinis umbras,
nec passa est mediis bestiolam in foliis. 30

Ergo, sacer vates, tollas de versibus, oro,
quidquid apud Lauros textit inanis Amor.

exsufflo: sufflando ejicio, removeo, tollo
non sinit + acc. cum infinitivo: non
patitur, non permittit; *ignarum et vatem*
non... = et non sinit vatem suum esse
ignarum

Quale hoc sertum sit, qualis sit dextra
Lycoris, tu satis ipse capias (= cape =
intellege) *ex vultu meo*

oro, sacer vates, <ut> tollas...

Propositions d'exercices:

I) De **praeverbis**: discipuli possunt exprimere verbis aut gestis differentiam inter verbum ipsum et verbum cum praeverbio

Verbum temporale	forma	Significatio verbi sine praeverbio	Significatio verbi cum praeverbio
desudat	de + sudo	sudorem emittere	multum sudorem emittere, valde sudare
intextum	in + texo	telam facio, filum filo conserendo	in aliqua re texere
redit	re + d + eo	iter facio, vado	"retro eo", revenio
profecturum	pro + ficio	ago; creo	progressum facio; valeo, prosum
astitit	ad + sto	pedibus nixus maneo, erectus/a sum	= sto; prope sto
praetereuntis	praeter + eo	iter facio, vado	ire ultra
excussa	ex + quatio (quaterere)	agito, cum violentia et crebro moveo	quatiendo ejicio
circumdat	circum + do	dono, tribuo	circumpono, cingo
accedit	ad + cedo	eo, ambulo	appropinquo, proximus fio, advenio
disjecit	dis + jacio > disjicio	mitto aliquid (e.g. mittere jaculum, telum, sagittas)	In diversas partes jacio, dispergo
effecit	ex + facio > efficio	ago, creo	facio et ad effectum perduco, h.e. perficio, exsequor
exsufflat	ex + sufflo (sub-flo)	flo: flatum emitto, spiro (ventus flat) sufflo: subtus aut aliquantulum flo	sufflando ejicio, removeo

II) Non développé : les adjectifs de la première et de la deuxième classes (relevé, classement)

III) Les participes parfait passif, présent et futur

nectens - eruta - intextas - profecturum - praetereuntis - putans - parta - mirata - disjectam - petentem - ridens

En observant la construction de ces formes grâce aux temps primitifs, range ces formes verbales dans le tableau suivant :

Participe parfait passif > supin Se décline sur les adjectifs de la première classe Sens d'a.....	Participe présent > radical du présent Se décline sur les adjectifs de la deuxième classe Sens de s.....	Participe futur > supin + urus, a, um Se décline sur les adjectifs de la première classe Sens de p.....
Eruta Intextas Parta Mirata Disjectam	Nectens Praetereuntis Putans Petentem Ridens	Profecturum

L'enseignant.e pourra ensuite proposer des phrases à traduire comportant des participes, en faisant attention à leur valeur temporelle lors de la traduction.

IV) Le subjonctif : morphologie (présent) et syntaxe

- Relevé des formes au subjonctif - ce ne sont que des formes au présent - et élaboration de la leçon pour la conjugaison :
- 1ère conjugaison (amo) : voyelle thématique E + terminaisons de l'actif / du passif
- Les autres modèles (deleo, lego, capio, audio) : voyelle thématique A + terminaisons de l'actif / du passif
- A partir des reformulations proposées, indiquer la valeur des subjonctifs :

Extraits du texte	Reformulation	Valeurs / emplois du subjonctif
"Bombices cedant"	Ego, Aranea, jubeo bombices cedere.	=> jussif
"... ut dominum rideat illa rudem"	Haec verba aranea sic facit ut rideat rudem dominum.	=> consécutif
"Sit quale hoc sertum, qualis sit dextra Lycoris, Vultu, inquit, capias tu satis ipse meo !"	Tu ipse capias satis vultu meo quale sit hoc sertum, qualis sit dextra Lycoris!	=> jussif, ou potentiel => interrogative indirecte (sit)
Ergo, sacer vates, tollas de versibus, oro, quidquid apud Lauros textit inanis Amor.	Oro ut tu, sacer vates, quidquid inanis Amor apud Lauros textit tollas. Volo te sacrum vatem tollere quidquid inanis Amor apud Lauros textit.	=> complétif

INTER ARCADES

ARSINDA POLIADES

De Aranea in lauro. (texte original)

ELEGIA.

Pensilis argutâ desudat aranea lauro,
 Visceribus nectens eruta fila suis.
Ac veluti gestet manuumque, pedumque coronam,
 Desuper intextas itque, reditque vias.
Sed, dum Phæbeas super astitit inscia frondes,
 Nil profecturum se ligat inter opus.
Stamine ab intexto surgit novus orbis, & orbis,
 Et quæque est radiis orbita plena suis;
Atque adeo tensus, adeo subtilibus: ipsos
 In morem ut credas prætereuntis acus.
Et iam surgit opis: medio stat aranea centro,
 Ingenii judex fiat ut ipsa sui.
Ite triumphales circum mea tempora lauri
 Pene ait; apta sibi talia dona putans.
Bombices cedant; dat sibila serica vestis
 Excussa ut dominum rideat illa rudem.
Ast, quæ de nostro textura est parta labore,
 Circumdat lauros, auree Phæbe, tuas.
Vix ea: cum doctum mirata, Lycoris, Amyntam,
 Laurea de arboribus vellereserta parat.
Atque huc accedens ubi pandit aranea telas,
 Disjecit casses, Bellua nigra, tuos.
Quin te disjectam, & latebras tellure petentem
 Irato attrivit territa Nympha pede.
Vanum opus exsufflat, ridensque coronat Amyntam;
 Ignarum & vatem non sinit esse suum
Sit quale hoc sertum, qualis sit dextra Lycoris,
 Vultu, inquit, capias tu satis ipse meo!
Dextra etenim puras effecit Apollinis umbras,
 Nec passa est mediis bestiolam in foliis.
Ergo sacer vates tollas de versibus, oro,
 Quidquid apud Lauros textit inanis Amor.